

258 *Psychologiae P. II. App. Cap. II. De Natura etc.*  
consecrata volo, cuius conspectu mentem nostram aeternum bean-  
dam confidimus.

Finis Psychologiae Rationalis.

259

## LIBER IV.

### IN THEOLOGIAM NATURALEM.

#### PROLEGOMENON.

QUID THEOLOGIA, ET QUOTUPLEX.

I. *Theologia*, λόγος την της, scientia Dei, sive eorum, quae Deo convenient, recte dicitur. Porro multorum, quae in Deo insunt, cognitionem solius rationis ope consequi possumus; aliorum non item, quae, quia naturalem intelligentiae vim exsuperant; Dei ipsius duntaxat admittit, ac significare cognosci a nobis queunt. Inde duplex oritur theologia; altera *naturalis*, altera *revelata*: hanc, quod ad philosophiam non pertinet, alius relinquens, illam solam pertrahit.

Schol. Nobilissima haec philosophias pars a veteribus non modo parum exulta, sed et turpissimis ineptis, ac absurdissimis fabulis corrupta fuit. Alia ipsis erat *pauper*, seu *fabulosa*, alia *opera*, seu *civilis*: in illa poetæ Deorum natales, conjugia, progeniem, imperia, res gestas, et ipsa quoque flagitia descripserunt; in hac tradebantur, quae de Deorum gentilium cultu consuetudine recepta, ac legibus sancta fuerunt.

QUAE EJUS PARTES.

II. Quaecumque de natura Dei rationis adminicculo novimus, vel ad essentiam, et existentiam, vel ad attributa, vel ad operationes, vel ad gravissimam, quae inde enascitur, obligationem vera ipsum religione colendi pertinent: quare theologia omnis in quatuor partes rite distribuitur, quas ego totidem sectionibus complector.

QUAE PRÆSTANTIA?

Schol. Ut de disciplinae huius dignitate, ac præstantia copiosius disseram, non est necesse: ne quisquam est, qui non perspiciat, nihil ad immortalis animi cultum, nihil ad rectam morum conformatiōnēm, a qua non singulari modo, sed totius etiam rei publicae salus pendet; nihil ad profigandos impiorum philosophorum errores conducere magis, ac studiosam divinorum attributorum meditationem. Audi Senecam (*Praef. nat. quaest.*): Quantum, inquit, inter philosophiam interest, Lucili virorum optime, ad ceteras artes, tantum interesse existimo in ipsa philosophia inter illam partem, quæ ad homines, et hanc, quæ ad Deos spectat. Alterius est haec, et animosior, multum permisit sibi; non fuit oculis contenta; maius esse quiddam suspicata est ac pulchrius, quod extra conspectum natura posuisse. Denique tantum inter duas interest, quantum inter Deum, et hominem.

Altera docet, quid in terris agendum sit; altera, quid agatur in Coelo. Altero erroris nostros discutit, et lumen adnovet, quo discernantur ambiguia vitae: altera multo hanc caliginem, in qua volatamur, excedit, et e tenebris erexit illo perducit, unde lucet. — Nisi ad haec admittenter, non fuerat opera eae pretium nasci. Quid enim erat, cur in numero viventium me positum esse gauderem? an ut cibos, et potionis percolarem? — Dextrae hoc in aestimabile bonum: non est vita tanta, ut sudem, ut aestuem. O quam contenta res est homo, nisi supra humanam se exeret! — Haec inspicere, haec discere, his incumbere, nonne transire est mortalitatem suam, et in meliore scripsi sortem?

## SECTIO I.

## DE ESSENTIA, AC EXISTENTIA DEI.

## QUID DEI NOMINE INTELLIGENDUM?

III. Dei nomine intelligimus ens necessarium, aeternum, immensum, infinita intelligentia, sapientia, honestitas, potentia, aliusque omnibus possibilibus perfectionibus praeditum, quod totum hoc universum ex nihil procreavit, illudque conservat, ac providentissime administrat.

Schol. Descriptio haec est, non definitio ad leges logicas exacta: il lam tamen attuli, ut primum palam fiat, qualem Deum admittere oporteat; callidi siquidem sunt eius hostes, dumque vel maxime Deum verbis proficit, re tollunt, quod quidem imprimis tristis simis Spinozae, ac Hobbesi exemplis patuit.

## QUID SECTIONIS SUMMA?

IV. Verum scientifica methodo, progrediuntur incidunt essentiam ab attributis separare, atque prolatam definitionem Dei nominali, in quo ipsa sit sit, constitutre: quare istud primo loco praestabam; item vero, praemissis quibusdam de atheismo notionibus, ipsam Dei existentiam triplicis generis, ut vulgo solet, argumentis, metaphysicae, nimis, physicae, et moralibus demonstrabo. Atque haec est sectionis summa.

## CAPUT I.

## De Essentia Dei, et Atheismo.

## QUID DEUS, AC EIUS ESSENTIA?

V. Deus est ens necessarium, atque in hac existendi necessitate metaphysica ejus essentia constituenda videtur; haec enim primo concipitur, et omnium ceterarum proprietatum radix, ac fundamentum est (ont. §. 45.), ut deinceps apparebit.

Schol. Metaphysica ajo, physicam siquidem essentiam constituent omnia ea, quae ad realem Dei naturam pertinent, quae collectio non omnium possibilium perfectionum absque ullo limite absolvantur (conf. ont. §. 46, sch.). Inde vero haec duo consequuntur: primum, nequaquam auctor Deum adaequata a nobis notio comprehendendi posse; dein questionem hanc pure philosophicam esse, ac proprietatem duntaxat unam aliquam queri, ex qua reliqua legitime ratione concludantur. Quare mirum non est, non omnes haec in re philosophos consenserint, prout nimis sub alio respectu Deum considerant, atque alter ratiocinia contextunt, ita aliam essentiam nominalem Dei statuunt; sic quicunque cum Bohemio Deum ut spiritum infinitum contemplantur, ejus essentiam in vi infinita reputant. Ego tamen omnino opinor, sub notione entis necessarii planissima via ei Dei existentiam, et cetera ejus attributa demonstrari, quod mox experientia testabitur.

## QUID ATHEUS ET QUOTUPLEX?

VI. Atheus est, cui existentia Dei aut ignota, aut saltem certa non est; sive id fatigobus ignoracionem duntaxat, negatus; si vero quis eam positivis rationibus negare, aut in dubium vocare audeat, positivus dicitur; hinc patet, quid atheismus sit.

VII. Atheismus, porro negatus vel *vinclabilis* est, vel *invincibilis*; illud, cum ignorantia haec dispellit potest hoc, cum ea non potest. Similiter atheismus positivus aut *theoreticus* est, et in errore intellectus fundatur, aut *practicus*, qui se in mores duntaxat, vitaque ratione disfundit, cum nimis ita dividitur, ac si nullus Deus, nullus sclerorum vindex existere.

Schol. Infantes, aut perpetuo amentes invincibiliter Deum ignorantia contra in adultis ratione utentibus ignorantia Dei esse nequit nisi vincibilis; ad eam enim dispellendam facillimo solum ratiocinio contemplatione rerum creaturarum ducto opus est: quin fieri nequit, ut homo, cum contra rationis praeceptum agit, ac tacita conscientiae voce culpas admissae accusatur, Dei sub notione supremi legislatoris non recordetur, quod philosophi morales docent, vide P. Steinckellner (Instit. phil. mor. vol. t. p. c. 6.). Practicorum atheistorum omni aetate magnum fuit numerus; at num etiam theoretici quidam revera extiterint, in dubium jure vocari potest; nam etsi in antiquioribus Prodicus, Ceus, Evehemerus, Critias, Protagoras Abderites, Diagoras Melius, Theodorus Cyrenaicus a Sexto Empirico enumerantur, etsi deinde recentius quoque his accenseri soleant Lullius Vanini, Spinoza, Tolandus, Hobbesius, persuadere tamen mihi non possum eos in animo ita sensisse, quod ore profitebantur. Nimis aperta est haec veritas, et invitis quoque oculos mensis perstringit: quare qui eam inficiantur, non tam intellectus errore, quam voluntatis vito laborare censentur, quod ipse Rousseau (Epitre à M. Racine) clare proficit. Cudworthus (Syst. intell. c. 3. §. 30. seqq.) omnes eos in atheis habendos est Storchianus Metaph. Lib. IV.

se contendit, qui praeter materiam quidam existere, atque adeo primam causam hujus universitatis naturam esse intelligentiam, et ratione praeditam insinuant. Hos porro ad quinque classes reduci posse putat, qui enim solam materiam existere statuant, vel eam prouersus inertem, ac omni vita vacuum; vel vero *genitrix* quadam, ac *seminante* vita praeditam docent; illi rursus vel formas quadam, ac qualitates materiae internas in subsidium vocant, quo corporum oritur; ac interius explicit, vel atomos, varias figuram, et motus fortuitum accidunt; vel vitam illam *genitricem* toti materiae moli unam inesse, vel quamvis materiae particulam via peculiaris, et natura *genitrix* pollere arbitrantur. Unde ipsius opinione quadruplex atheismus oritur; *Anaximandrinus*, *Demonstricus*, *Stoicus*, sive *Pseudo-Zenonius*, quoniam ex Zenonis principiis male intellectis deducitur, et *Stretonicus* (*conf. cosm.* §. 86. sch. 1.). Videatur *Dariesius* (*Theolog. nat. s. 1. c. 2.*). Sed hos jam alias refutavimus; nunc generatim contra quosecumque supremi Numinis existentia firmissimis rationibus constabilienda est.

## C A P U T II.

*De Existencia Dei Metaphysice demonstrata.*

## DEUS EXISTIT.

VIII. *Deus existit.* Si ens contingens existit, existit quoque ens necessarium (ont. §. 109. cor.), sed ens contingens existit (cosm. §. 13); igitur ens necessarium existit; atquic eni necessarium Deus est (§. 5.); ergo Deus existit (adde ont. §§. 237. cor. 236.).

*Schol.* Argumentatio haec vim demonstrationis omnibus numeris absolute obtinet; neque de hoc dubitari potest, nisi ab eo, qui terminos non intelligit, tui aliud consilium dari nequit, quam ut se in mediatis notionibus ontologici magno studio exerceat. Nulla certe propositione ullo modo in dubium vocari potest; non major: ei quippe fluit ex ideis entis necessarii, et contingenti; non minor: sit enim idealista, qui de existentia mundi corporei dubitet; sit etiam egoista, cui existentia omnium aliorum entium praeter ipsum spiritum incerta sit; omnes tamen hi suam animam existere prorsus non dubitanti, eamque, quod varias in illa mutationes ignorantiam, laetitiam, tristitiam, experientur, ens contingens esse (ont. §. 123.) certissime norunt; igitur aliquod saltem ens contingens existere ab hominibus omnino in certissimis habetur; istud autem plane sufficit ad colligendum inde entis necessarii, sive Dei existentiam. Quare non esset quidem, cur huic veritati illustranda diutius immorari; sed quia tamen diversa diversa placent, aliam praeterea non minus invictam demonstrationem proferam, quam primae tres Clarkii propositiones, nonnihil tamen immutatae suppeditant (*Trait. de l'exist. et des attrib. de Dieu. c. 1. ch. 2. 3. 4.*)

*De Existencia Dei Metaphysice demonstrata.* 263

ALIQUOD ENS AB AETERNO EXISTIT — ET SI HOC, EXISTIT ETIAM AB AETERNO ENS INDEPENDENS.

IX. *Aliquod ens existit a tota aeternitate.* Si nullum ens a tota aeternitate existaret, tum vel omnia hujus mundi entia contingentia sine causa efficiente ex nihilo prodivissent, vel se ipsum mutuo produxisserint; sed primum pugnat cum ont. §. 155., et notissimo illo: *ex nichilo nihil* (*cosmol. §. 24. sch. 1.*); alterum cum ontol. §. 132.; ultimum cum ont. §. 153.; igitur omnino necesse est, ut aliquod ens a tota aeternitate existat.

*Schol.* Haec propositio adeo evidens est, ut nullius prorsus ex maximis Dei hostibus eam inificari, aut impugnare unquam ausus fuerit.

X. *Si aliquod ens a tota aeternitate existit, tum existit etiam a tota aeternitate aliquod ens non pendens ab alio in existendo.* Si aliquod ens a tota aeternitate existit, tum, istud in existendo vel pendet ab alio, vel non: si hoc: constat asserto veritas: si illud; tum rursus illud aliud in existendo ab alio pendet, vel non: si primam; habetur progressus in infinitum, qui secum ipso pugnat (*cosm. §. 18.*); si alterum: tunc ens aliud et a tota aeternitate existit, et simul in existendo ab alio non pendet: ergo si aliquod ens a tota aeternitate existit, existit etiam a tota aeternitate aliquod ens in existendo ab alio non pendens.

IGITUR AB AETERNO EXISTIT ENS INDEPENDENS — SED HOC EST ENS A SE:

IGITUR ENS A SE, ID EST DEUS, EXISTIT.

XI. *Aliquod ens non pendens ab alio in existendo a tota aeternitate existit.* Si aliquod ens a tota aeternitate existit, existit etiam a tota aeternitate aliquod ens non pendens ab alio in existendo (§. praece.); sed aliud quodens a tota aeternitate existit (§. 9.); ergo aliquod ens non pendens ab alio in existendo a tota aeternitate existit.

XII. *Ens, quod a tota aeternitate existit, et ab alio in existendo non pendet, est ens a se existens.* Quidquid existit, vel a se, vel ab alio existit (ont. §. 52.), sed ens, quod ab alio in existendo non pendet, non existit ab alio, ut per se manifestum est; ergo ens, quod a tota aeternitate existit, et ab alio in existendo non pendet, est ens a se existens.

*Coroll.* Igitur ens a se existit.

XIII. *Deus existit.* Ens a se est ens necessarium (ont. §. 104. cor. 1.); sed ens a se existit (§. praece. cor. 1.); igitur ens necessarium existit; atquic eni necessarium Deus est (§. 5.); ergo Deus existit.

*Coroll.* Patet itaque, quantum a vero aberrent, qui confidenter pronunciant (*La phil. du bon sens. t. 1.*): ope solius rationis existentiam Dei demonstrari vix posse; per eam dumtaxat nos certos reddi, fieri nequire, ut contrarium evidenter evincatur.

## DILECTUUM OBJECTA.

*Schol.* Multa ab adversariis accumulantur, quibus vel ipsam Dei existentiam, vel eius saltē demonstrationem dubiam reddere nituntur, suntque fere haec.

- 1.) Primum ens demonstrari nequit; quidquid enim demonstratur, demonstratur per aliquid ipso prius; sed primo ente nihil prius est; est autem Deus ens primum. Similiter Deus quoque prima veritas est; sed neque prima veritas demonstrari potest.
- 2.) Tametsi primum ens a causa sui, adeoque hac ratione, a priori demonstrari nequeat, potest tamen demonstrari ab effectu, ac proinde a posteriori; neque ad hanc demonstrationem requiriatur, ut sit aliquid ipso prius *existens*, sed satis est, ut sit aliquid ipso prius *cognitum*. Quod ad alterum: est quidem Deus prima, *veritas metaphysica*, sive, ut ajunt, in essendo; non tamen prima *veritas logica*, sive in cognoscendo, seu primum principium cognitionis. Veritas prima metaphysica, seu realis est res prima, quae non involvit contradictionem, proindeque ipsum ens primum, causa existentia saltem a posteriori, ab effectibus nimirum, demonstrari potest.
- 2.) Inter res creatas, et Deum nulla est proportio; item Deus, et creature sunt correlata; sed nequit alterum correlatum ex altero demonstrari, sunt enim simul natura, tempore, et cognitione: igitur Deus ex rebus creatis demonstrari non potest.
- 3.) Non est inter Deum, et res creatas, proportio in *genere entis*, est tamen proportio in genere *connexiorum*, quae inter quomvis effectum, et causam datur; res nempe creatae, cum contingentes sint, egent ente necessario, a quo producuntur: quare recte ab illarum existentia ad hujus existentiam conclusio ducitur. Deinde correlatum vel *formaliter*, quatenus tale est, vel *entitatis*, prout in se hoc enim est, sumi potest (conf. ont. §. 137, seqq.); si primo modo considererit, jam utrumque simul intelligitur; unde alterum ex altero demonstrari nec potest, nec debet; quod si autem secundum modo spectetur, potest utique concipi sine eo, ad quod referatur. Jam cum primum rem creatam considero, ut est in se, abstracto ab illius connexione cum sua causa, de quoniam cogito: tum eius naturam examinando, reprehendo eam contingenter existere, atque inde ulterius ratiocinando colligo, necesse esse, ut ens necessarium, a quo omnes ens contingens in existendo pender, existat. Ante igitur quam sciam Deum existere, nondum scio Deum, et res creatas correlata esse: sed id primum facta ex rebus creatis demonstratione mihi innotescit.
- 3.) Ex falso nequit inferri verum: igitur neque ex ente contingente ens necessarium: sicut enim falsum rationem veri non contineat; ita ens contingens non contineat rationem ens necessarii. Quid. quod ex effectu possibilium colligitur causa possibilis; igitur etiam effectu contingente ad causam absolute contingente argumentatio valebit.
- 3.) Ratio dispar est: in quibus argumentatione, legitima antecedens continet rationem, cur consequens verum sit, atque istud ex illo velut ex sua causa, et a priori proficit; contra ex ente contingente, utpote effectu, a posteriori demonstramus existentiam ens

*De Existencia Dei Metaphysice demonstrata.* 265

- necessarii; unde necesse non est, ut ens contingens rationem necessarii contineat, sed potius inverse hanc proprietates isthae competit. Ulterius, cum ratio, et rationatum principium et principatum, causa; et effectus mutuo connexa sint; semper ex uno existentia rite alterius existentia concluditur, licet non eodem modo, una minorum vice a priori; altera a posteriori; sed verum, et falsum numquam mutuo connectuntur. Deinde ex effectu generatum colligitur causa ipsi proportionata; jam vero effectui, possibili, qua talis, causa quoque possibilis sufficit; nam aliud per se non requiritur, quam ut causa tunc existat, quando effectus ad existentiam pervenire debet. At causa contingens in existendo nimirum, in agendo quippe contingentem admittimus, non habet proportionem cum effectu contingente, si quidpiam ex nihilo producendum sit; cum effectio ex nihilo vim infinitam postuleat: sunt autem entia mundana, du quibus hic sermo est, cujus generalis, ut ex nihilo efficienda fuerint; aliud est, cum agitur de illis in hoc mundo effectis, in quibus circa ullam creationem, aut annihilationem substantiae jam existentes aut compontuntur, aut separantur, quod causa contingens quoque praestare potest.
- 4.) Potest existere ens necessarium sine contingente: igitur etiam ens contingens sine necessario, sicut enim repugnat, ut rationatum sine ratione sufficiente existat, ita quoque repugnat, ut extet ratio sufficiens sine rationato; quare si hacten repugnania non obest in priori casu, nec obstabit in posteriore. Et hoc porro ita confirmari potest: existentia tunc contingens non videtur necessario conexa cum existentia ens necessarii; secus enim ens contingens necessario existere, sicut ipsum ens necessarium; ac proinde simili contingens fore, et simili non.
- 5.) Ens necessarium sine contingente existere potest, quia, cum a nulli pendaat, sibi ad existendum plene sufficit: at ens contingens in existendo essentialiter pendaat ab ente necessario. Neque vero obest, quod ratio sufficiens sine rationato existere nequeat. Nam enim necessarium non ex essentia sua, sed ex libero arbitrio ens contingens producit, ac proinde pro eo solam tempore, quod liber vult, ejus ratio sufficiens est: contra ens contingens ex essentia, et natura sua ens necessarii rationatum est; unde absolute repugnat, ut unquam sine hoc existat. Atque ex his colligi potest, qualis conexio inter ens contingens, et necessarium datur; nimirum non *absoluta* quedam, et *antecedens*, quae officia, ut quoties existit eni necessarium, etiam ens contingens existat; sed *consequens*, et *hypothetica*; nam ex hypothesi, quod ens contingens existat aut existere debeat, omnino necesse est, ut ens necessarium existat, quemadmodum generatum ex hypothesi existentiae effectus existentiae causae necessaria est, perspicuum autem est connexio id genus necessarium contingentiae ens contingens non obesse.
- 5.) Objectiones, quas a progressu in infinitum petunt, alias solutae

suas (cosm. §. 18. sch. 1.); nunc solum de necessitate vaga (ont. §. 57.) pauca dicenda restant: quoniam et in hano latebrum se atheorum quidam concipiunt. Ajunt posse entia contingentia huius mundi existere absque omni ente determinato, et absolute necessario, si modo causa quaequam indeterminate sumpta semper exitisse ponatur. At hypothesis haec, ut in se obseurissima est, ita omni fundamento caret, neque aliquod adversaris subsidium praebet: haec enim necessitas fore tantum consequens hypothesis, quod aliquod ens contingens existat, ac proinde ea causa rursus ab alio ente vaga necessitate ad existendum determinari deberet. Pone ad existentiam ensis contingens a vaga necessitate requiri, x, y, z, dico, haec x, y, z, non simul, nec singulatim, nec disjuncte summa absolute necessario existunt, sed quod hinc cumque est necessitas, sequitur ex hypothesi, quod ens contingens a existat: si igitur, ut fieri potest, ens contingens a non existat, nulla erit in x, y, z, ad existendum necessitas. Nilla itaque necessitas vaga in serie causarum contingentiis ostendit potest, nisi iam ante ponatur ens contingens existere; a quo autem istuc existentiam accipiet? A quo illud alterum ad existendum determinabitur? Nonne ab ente absolute necessario? Accipe exemplum a necessitate vaga calami, si scriptio contingenter existat.

## C A P U T III.

*De Existencia Dei Physice demonstrata.*

## CONFIRMATIO MUNDI AUTOREM SUMME SAPIENTEM ARGUIT.

XIV. Conformatio totius universi auctorem quemdam summa intelligentia, ac sapientia praeditum perspicue testatur. Universum hoc ita conformatum est, ut sit in illo elegansim diversissimum corporum ordo, nexus, ait propositio: motus aequabilis statis legibus temperatus, et per multa jam saecula continuatus; accuratissima omnium entium ad fines aliquos particulares, horumque omnium ad universalem aliquem consensio. Atque haec nisi a summa quadam intelligentia, et sapientia, quae omnia corpora, eorumque intimam naturam perspiciat, ac in futura saecula se porrigit, constitui non poterant: igitur conformatio totius universi auctorem quemdam summa intelligentia, ac sapientia praeditum perspicue testatur. Schol. Est certe res haec tantae perspicuitatis, ut insanie putandi sint, qui cum auctore impii opuscoli contra nituntur (*La metaphys. des aveugles*). Quid enim? Nonne ex effectu causam existere colligimus? Cur non igitur etiam effectus artificiosus ac sollers-causa arte, ac solletrina pollentem testetur? Qui vero ornatum, elegantiamque mundi perspicere cupit, is imprimit vastissima coeli spatia, ac innumera sidera: tum animalium, plantarumque conformatioem: praedique autem sui corporis minimarumque in eo

partium fabricationem accuratius contempletur, inventi sane, unde ad sapientiam Conditoris et admirandam, et adorandam excitetur (*Opt. 99.*) *Dum cometes, verba sunt Newtoni, morentur in orbitis valde eccentricis undique et quoquo modo versum in unae partes coeli, utique nullo modo fieri potuit; ut cuidam facto tribuendum sit, quod planetae in orbitibus concentricis motu constimili ferantur omnes. Tasm miram universitatem in planetarum systemate necessario fatendum est intelligentia, et consilio fuisse effectam.* Sed nem Cicerone hoc in argumento facundior, quod toto secundo de Deorum natura libro pertractat. Audii, ut cum Cleanthes inducit observantem (C. 5.) aequalitatem motus, conversionem coeli, solis, lunae, siderumque omnium distinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem, quarum respectus ipse sati indicaret, non esse ea fortuita. Ut si quis in domum aliquam, aut in gymanstum, aut forum venerit, cum videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare: sed esse aliquem intelligentiam, qui praeedit, et cui paratur: multo magis in tantis motionibus, tanquam cicissitudinibus tam multorum rerum, arque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa, et finita vetustas mentita sit, statua, necesse est, ab aliqua mente tantos naturae motus gubernari. Et rursus (C. 40.): *Hac omnis descripsio siderum, atque hic tantus coeli ornatius ex corporibus huc, et illic casu, et temere concursantibus potuisse effici cuiquam sano videri potest? Aut vera alta quaedam natura mentis, et rationis expers haec efficere potuit, quae non modo, ut fierint, ratione eguntur; sed intelligi, qualia sint, sine summa ratione non possunt. Elegerant hoc argumentum persecutus est Hookius (Rel. nat. et rev. princ. p. 1. arg. 5.), quamvis et innumeris ali sint, qui existentiam Dei ex particulari rerum consideratione demonstrant; longus eorum catalogus praesfigur Astroteologiae Derhamianae germandae ab Alberto Fabricio Hamburgi editae anno 1732. Memorantur ibidem Carolus Derelinckius, qui ex foetus humani formatione, nutritione etc. id praestit. Christopherus Sturmus in oculo *Observator*; Andreas Schmidius in aure *Observator*; Georg. Albertus Hambergerus in Deo ex inspectione cordis investigatus; Christianus Donatus ex manu humana; Wilhelmus Fuerlingus ex loquela hominis; Gerardus Meijer ex pluvia; Philipus Leutwein ex vite; Henricus van Seelen ex tonitru. His adde Feneloni, Neuentium, Reaumurium, Rayum de exist. *Dei demonstrat. per creat.*; Balleium l'existence de Dieu demonstre par les merveilles de la nature; Vincentum Monglia dissertatione contro i materialisti, ed altri increduli. Praetermitto quamplurimos alios, qui ex insectis, et vegetabilibus sapientissimi Conditoris existentiam comprobant.*

QUI DEUS EST.

XV. Auctor ille totius universi summa intelligentia, et sapien-

*tia praeditus Deus est.* Auctor ille totius universi summa intelligentia, et sapientia praeditus est ea in tota rerum effectuarum universitate diversum; sed ens a tota rerum effectuarum universitate diversum, infectum, ac proinde necessarium sit, oportet: quare, cum ens necessarium Deus sit (§. 5.), perspicuum est autorem illum totius universi summa intelligentia, et sapientia praeditum Deum esse.

*Schol.* Recte igitur ex conformatione mundi, qualiter ea sine summa quadam sapientia confiteri non potuit, supremum Nomen existere demonstramus.

*Schol.* Desinant igitur aliquando oggimire profani homines, expiosaque pridem Epicureorum hypotheses recouere; quoniamen vero res postulant, quae perspicue repugnant. Ponunt primum existere ab aeterno, ac necessario atomos numero infinitis, figura, et mole differentes, deinde naturae necessitate eas moveri, neque in linea solidi parallelis, sed etiam declinare paululum absque ulla ratione sufficiente; porro in se indertere, et cohaerescere; tum infinitas per totam aeternitatem consociationes effectas fuisse; posteaquam factam per perpetuam atomorum agitationem breviter post tempore rursus dissoluntur; tandem hanc praesentem tot saeculorum lapsu perstissit. Haec certe omnia manifeste cum ratione pugnant, ut copiose demonstratum est (cosmol. §. 20. sch. seq.); unum famem adjungam, quo palam fiat, ipsos etiam datis hisce postulatis actum agere.

MUNDUS FORUTTO NEC ORIENS, NEC CONSERVARI POTEST.

*XVI. Datus etiam Epicureorum postulatis mundus hic aspectabilis ex fortuita atomorum concursione nec oriri, nec tanto tempore conservari potuit.* Ad hoc, ut mundus hic aspectabilis et oriatur, et tanto saeculorum intervallo conservaretur, necessaria erant generales quaedam motum leges praeter illam, qua motus in consuetudine mutatur, quibus nimur mutato particularum accessus, et recessus, cohaesio, generatio, nutritio animalium, ac plantarum, corporum coelestium motus regenerentur; atque posita fortuita atomorum concursione id genus leges nullas existent, neque enim leges constantes aut in fortuita concursione contineri, aut ex illa evanesci, aut ab atomis intelligenti orbitis constitui possunt: igitur fieri omnino nequit, ut datus etiam illi Epicureorum postulatus mundus hic aspectabilis ex fortuita atomorum concursione aut oriatur, aut tanto tempore conservetur: vide Cheyneum (*Princ. phil. rel. nat. et rev. c. 3.*).

*Schol.* Profecto, quae casu, et fortuito eveniunt, numquam eadem ratione contingunt: quo igitur fatu efficiunt, ut jam casus certas, statasque leges constanter sequatur? Si casu, et fortuna ortus est mundus, etiam caso, et fortuna administratur, necesse est, quod qui asserperit, nac illi physici in disciplinis parum excutus, quin et conscientiam prodidisse censendum est. Porro refutata Epicureorum insaniam non necesse esse arbitror, ut Anaximandrinam, Stoicam, Stratonicamque stultitiam nominatim refellam; quas

enim Strato de vi genericie singulis materiae particulis insita somniali, convenientem cum vi motrice, quam Epicurus post Democritum singulis atomis tribuit. *Natura genitrix per totam materiae molem diffusa, et sensu, ac ratione destituta, ad certum tamen finem omnia efficiens, qualiter aliqui ex Zenonis sententiis male intellecta exculpserunt, in deliramentis habenda est (cosmol. §. 86. sch. 2.).* Anaximandri denique formae, et qualitates, vel nihil sunt, ac proinde ad mundi conformatiōnē nihil conferunt; vel si sunt aliquid, ex nihilo prodeunt absque causa efficienti, quod pugnat cum primo veterum principio *ex nihilo nihilo*.

#### C A P U T IV.

#### De Existencia Dei Moraliter demonstrata.

EXSTAT SENSUS COMMUNIS DE EXISTENTIA DEI.

*XVII. Exstat communis naturae sensus de existentia Dei.* Exstat unanimis cum philosophorum, et sapientium, omni aetate celeberrimorum; tum nationum tam veterum, quam recentiorum dei existentia consenso, eaque non aliunde, quam ex naturali animi propensione proficiuntur; atque proprius istace communis naturae sensus est (§. 169. log.): igitur de existentia Dei communis naturae sensus exstat.

CONSENSUS SAPIENTIUM.

*Schol.* 1. Ut a sapientibus, ac philosophis ordinar; agnoverunt Deum aliquip, supremum mundi opificem, ac gubernatorem Trismegistus, vel quiscumque ille est auctor vetustissimus, cuius haec sunt verba (*In Pimandro*, c. 3.): *Gloria omnium Deus, divinum, diuinam natura, principium universorum.* Thales Milesius, qui ita teste Laertio (*Vit. phic.* l. 1. segm. 35.): *antiquissimum eorum omnium, quae sunt, esse Deum, pulcherrimum enim ab eo mundum esse constructum.* Anaxagoras, quem Plato docuisscibit (*In Phedon*.): *Deum esse mentem componentem, et disponentem omnia;* et ut hanc mentem ipsis opinione, unum esse illud in tota rerum universitate, quod simplex sit, purumque, omnis concretionis nescium, ex Aristotele (*De anim. l. 2. c. 2.*): *infinitum, quae per se ipsam moveatur, auctorem omnium, ex Tullio (*D. l. 1. c. 11.*) discimus. Socrates (*In Phaed.*), cuius haec fuit sententia: *Deum in se ipsis omnibus creatis rebus, et ut sint, et ut bene eis sit, largitum esse.* Plato, qui interpres Arcinoo Deum aeternum, immutabilem, incorporeum, simplicem, eoque materialm aeternam, in ordinem redactam esse contendebat. Aristotle, qui, ut Laertius narrat (*De vit. phl. l. 5. segm. 32.*): *Deum sicut Plato, incorporam definivit, ejusque providentiam ad coelestis usque pertingere: ipsum vero immutabilem esse.* Illus porro in academia, hujus in peripato sententia perpe-*

tuo obtinuit. Sed neque in porticu multum diversa tradita fuerint; certe Zeno Stoicus cum magna suorum parte, ac praecepit cum Posidonio pronunciavit, unum esse Deum (*Lact. lib. 7. seqm. 135.*), et menteum, et fatum, et Jovem, et variis eum appellari nominibus, sc̄ ab eo mundum fuisse procreatum. Chrysippus alter illius familiae princeps quam facunde ex mundi conformatio[n]e Deum esse apud Tullium demonstraverit, omnes novimus (*De nat. D. l. 2. c. 6.*). Venio ad philosophos Italicos; Pythagoram docuisse suos Deum existere; omniaque per se inspicere, ac regere Jamblychum; Parmenidem unum omnium rerum principium, quod Deus sit, tradidisse Aristoteles testatur (*Vit. Pyth. c. 30. n. 174. Phys. l. 2. c. 2. 3.*); Zeno Eleates non eodem teste[n]te modo Deus confessus est, sed et unum esse longiori oratione, quam infra integrum adducunt, demonstravit. Neque vero Leucippus, Democritus, et Epicurus cum suis, quamvis doctrinam maxime impianam foverent, prouersus Deos susterre aucti sunt. De philosophis deinde ecclasticis, juniperibus Platonis, aliiisque, qui ab eo inde tempore fluerunt, dubium esset nullum potest. Longum horum agmen claudat Cicero Cottae nomine Balbum ita alloquens (*De nat. D. l. 2. c. 2.*): *Ego vero eas (religiones) defendam semper semper defendi; nec me ea ex opinione, quam a majoribus accepi, de cultu Deorum immortalium, ullius unquam oratio, aut docti, aut indocti movebii.*

## CONSENSIO NATIONUM VETUSTISSIMARUM.

Transeamus ad nationes integras, et primum quidem vetustissima, Ut de Hebreis taceam, occurrit primum Chaldaei, quos Eusebius scribit Deum agnoscere, qui sit re[um] omnium principium (*Praep. evang. L. 4. c. 5.*); tun Persae, et Arges, Ægyptii, Indi, Getae, Galli, Germani, Graeci, Romani, quibus omnibus variis fuisse Deos, eosque colendi ritus, qui de his rebus scripterunt, testantur. Generatione nulla fuisse nationem olim cognitam omni Dei cognitione destitutam jampridem Plutarctus contendat (*Contra Colotem. Epicur. p. 125.*): *Si terras obeas, inquit ille confidenter, inventare possis urbes muri, litteris, regibus, dominibus, opibus, numismate carentes, ut ivero tempisi, Dis que destitutam, quae precibus, jurejurando, oracula non utatur; non honorum causa sacrifici; non mala sacris averttere videntur, nemo unquam vidit. Nec aliter Tullius sensit: Ut porro firmissimum hoc afferriri videtur, cur Deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. Multi de illi parva sentiunt: id enim vitiosore effici solet: omnes tamen esse viri, et naturam divinam arbitruntur. Nea vero id colloquio hominum, aut consensus efficit: non institutis opinio est confirmata, non legibus. Omni autem in re consenso omnium gentium lex naturæ putanda est (Qq. tusc. l. 1. c. 13.). His accedant te-*

stes non minus fide digni Plat. (*De leg. l. 10.*), Aristoteles (*Ad Nicom. l. 10. c. 11.*), Diidorus Siculus (*Hist. l. 12.*), Seneca (*Ep. 117.*), Sextus Empiricus (*Adv. Mathe. l. 8.*), Artemidorus (*L. 1. c. 9.*), Elianus (*Var. hist. l. 2. c. 13.*), Maximus Tyrinus (*Dissert. 1.*), Dion Prusaensis (*Orat. 4. 5.*) cum aliis innumeris,

## CONSENSIO NATIONUM RECENTIORUM.

Quidjam dicam de populis maxime barbaris super ab Europæis detectis? habent et illi saltē confusam quandam supremi rerum Conditoris ideam, si paucissimos, planeque stupidos, ac in silvis peccudis more degentes demanus, de quibus id nondum liquido constat. Pertinent huc Tartari, et Samoedæ ad oceanum glacialem siti; Islandi, Graelandi, Americani septentrionales, Missipennes, Canadenses, Mexicani, Peruviani, Brasili, Chilenses, Huttentotti, Caffari, incolæ insularum Madagascarii, Sumatrae, Bornei, Javae, Moluccarum, Philippinarum, ceterisque ad orientem positi; pertinent omnes ii, quos supra de immortalitate animæ agens (*psych. rat. 5. 240. sch.*) laudavi. Praetereo interioris Asiae populos, velut Indos ultra, etiraque Gangem, Chinenses, Cochinen-ses, Tuncinenses, Japones, de quibus nullum aliquo dubium estesse potest. De his videri possunt *Histoire des voyages. Rochefort: histoire morale des Antilles. Relation des Caraibes du Sr. de la Borda. Joan. Dos Santos hist. de l'Ethiop. orient. P. Tachard: voyage de Siam. Du Halde: description de la Chine. Bartoli hist. Asiat. Massei. Hist. Ind. Henricus Ellis: detentamine freti Hudson. Historia novi orbis D. Benzo. P. Gillet: Journal du voyage dans la Guyane. Andreas Kolbi: descrip. cap. bon. spet: aliquæ vulgo notissimæ peregrinantur relations, ac epistolas a Divini Verbi praedicatoribus ad nos missæ.*

## CONSENSIO HANC FUNDATUR IN SENSI NATURÆ COMMUNI.

Jam vero consensionem hanc ex ipsa a natura rationali nobis indita propensione, et non aliunde oriri patet ex characteribus in logica (§. 171. sch.) adductis, qui omnes omnino hoc applicari possunt. Nam primum, an magis diffusa, et universalis esse potest? tanta certudo est, quanta in re ulla; ut ne unus quidem dissentiat, numquam obtinetur; dantur enim monstra animorum, ut corporum. Nihil sane superstes, quam ut cum Tullio exclamemus (*De div. l. 1. c. 39.*): *Siratio mecum facit, si eventu, si populi, si nationes, si graeci, si barbari, si majores etiam nostri, si denique hox semper ita putatum est; si summi philosophi, si poetæ, si sapientissimi viri, qui respicunt constituerunt, qui urbes considerunt: an dñm bestiae loquuntur, expectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non sumus?* Deinde opinio[n]is hujus ita universe per totum orbem diffusæ nullus initium, nulla origo, nullum tempus, quo ea non viguissest, ostendi potest: ut adeo tam antiqua sit, se genus humanum, et natura hominum rationalis. Cum igitur aliud omnibus commune principium non extet, necesse est, ut hanc opinionem

in natura rationali fundari putemus; nisi quis velit eam a primo homine, quoniam in infinitum transire absurdum est, traditione in posteros transmissam fuisse, quod horum omnia sit, certissimum erit. Nomen aliquod existere. Ego tamen opinor e homines ipsos ad hoc iudicium ferendum natura sua propensos, et propensionem hanc traditione auctam, et confirmatam fuisse. Quas jam porrha doctrinae constantia sustinuit ea tota saeculorum aetatem: quo scientiae magis exultae sunt, eo magis inter homines invalidi; quo quis in litterarum studio majores progressiones fecit, eo acerius eam defendit. Quis unquam fallaciarum, fabularum, praesudiciorum tantam vidit constantiam, tantam firmitatem? praecitate Tullius: (*De nat. D. l. 1. c. 2.*) Quod nisi cognitum, comprehensumque animis habememus, non tam stabilis opinio permaneneret, nec confinare diuturnitate temporis, nea cum saeculis, aetatisibusque hominum invertebat potuisse. Etenim videmus ceteras opiniones factas, atque raro diuturnitate extubuisse. Quin enim hippocentaurum fuisse, aut chinavaran putat? quare atus tam excors inventri potest, que illa, quae quondam credebatur, apud inferos portenta extimescat? opinionum enim contenta delet dies; natura iudicia confirmat. His denique, accedit argumentum longe efficacissimum, conscientia honesti, et recti, et contra in honesti, ac delicii, ex quarum altera iucundissimum mentis solatium, suavissima quies, praemilie pes promanat; ex altera dolor, tristitia, peribatio, anxietas, poenaque timor, qui fit, ut illi quoque, qui se in atheistis externe proficit, mortem vehementer timeant, ac ingenuo forte calamitatem Deum inclament, quod iam olim Platoni observatum est. Profundissime nimirum haec opinio cuivis a natura inscripta est, ut exi, penitus nequeat; expulsa aliquoties redit idem invito etiam animo, et tacite actiones nostras moderatur. Atque haec certe ejus sunt modi, ut animum a praesudicio, distortisque affectionibus vacuum ad agnoscendam amplectandamque veritatem non permovere non possint; sed tamen, qui cum Epicureo illo apud Tullium stave religiosis nigrum ab humeris removere, supremaque scelerum vindicem, et medio tollere ciperent, ratunculas nescio quas indigne corradunt, ut, si qua possent ratione, tantam lucem obscurant: his jam satisfaciemus.

## SATISFACTUS DUBITAB.

*Schol. 2.* Ajunt i. non adeo, ut iactatur universalem esse de Nummis existentia opinionem, fuisse omni aetate complures atheos tam negativos, quam positivos: ad hoc pertinere philosophos non paucos, qui contrarium publice professi sint, atque non modo inter paganos veteres, ac recentiores praecepit Sineses, quorum litteratos Deum negare Baylius, ex illo Marchio d' Argens referit; sed et inter Christianos quorum historiam Parkerus (*De Deo dispi. i.*) Budleus (*De atheism. et sup. c. 1.*), et Reimannus (*Hist. atheist.*),

colleguntur. In illis complures integras nationes numerant. Thoes, inquit in extrema Thraceae, parte siti a Porphyrio (*De abst. ab. ann. l. 2.*) ex Theophrasto athei dicuntur; Phlegyes Jovem non curare, atheos esse Homerus (*Sch. ad Iliad. n. 302.*) testatur; Atlantes in *Ethiopia*, Gallaci item, seu Lusitanii a Strabone (*Rer. geogr. l. 17. p. 823. et l. 3. pag. 164.*), Galli a Cicerone (*Orat. pro Fontejo*), Arabes a S. Nilo (*Norat.*) in atheis habentur. Similiter ex recentioribus populis Canariensis a Columbus (*Navig. c. 2.*); incola insularum quorundam meridionalium a Jacobo le Maire (*Descript. nav. 31 Mati.*), insulae Ydro, seu Ieso prope Japoniam a Matheo (*Epist. l. 4. Apr. 1565.*), Cubae, et Hispaniolae a D. de Laet (*Desr. Ind. occ. l. 1. c. 10.*); insularum Marianarum a P. le Gobien (*Hist. des Isl. Marian.*); Antillarum a D. Arnaud (*Quatr. de nona, da peche phil.*); Brasili a Leris, et Richier (*Hist. nar. in Bras. c. 16.*); Cannadenses Hurones, Souquisi, Armouchicosi a Gabriele Sagard (*Hist. du Canada*); tandem Caffri, et Huttentotti a Thevenotio.

*R.* Primum generatim: si qui aperte a communis opinione dissentirent, paucissimi, et comparate ad reliquum genus humanum, quasi nulli fuerint, ideo potissimum flagitosissimi, qui non tam crediderunt, quam opertullunt Deum esse; jam vero a paucis gentibus argumentum duci nequit opinionem omnium allorum consensione confirmatam in naturali propensione non fundari: quemadmodum ex nonnullis caecis arguere non possumus, visum homini non natura, sed casu convenire. *Paucitas ipsa, ait praecitare Grotius* (*De ver. rel. ch. l. 1.*), et quod statim intellectis argumentis rejecta est universitas eorum opinio, ostendit non provenire hoc ex usi rectiae rationis, quae hominibus communis est, sed aut ex studio novitatis, qualiter tenebatur, qui nesciit atram esse contendebat; aut ex mente corrupta, sicut vitiato palato non ut sunt, ita sapientia, praesertim cum historiae, et alia scripta doceant; quo quisque fuit probior, eo diligenter ab ipso custoditam deo notitiam: atque adeo a pravo ingenio eorum maxime, quorum interest, ne quis sit Deus, id est, humanarum actionum iudex ventre hanc a tam recepta antiquis opinionis dissensionem, vel inde appetat, quod, quidquid illi ponunt, vel generum successionem, absque illo primordio, sive atomorum concursum, sive aliud quidvis, id non minores, si non maiores habere difficultates, neque eo, quod receptum est, magis esse credibile, curvis ad rem medicorum attenditatis satis appareat. Quid quod, si ipsi conscientias stimulis agitati contrarium animi sensum factis demonstrantur Epicureorum exemplo, qui sollicite omnia Deorum sigilla venerati sunt (*Cic. de nat. Dei l. 4. c. 31.*) neque vero etiam tot reapse, quod putantur, philosophi olim Deum sustulerunt; ali nimiam solidum Deorum popularium turmam riserunt, atque eam ob caussam quemadmodum

primi. Cristiani testibus Justino, Arnobio, Minutio, ab Ethnicis at-  
hie dicti sunt; alii in definienda natura divina turpissime aber-  
runt, tribuentes Deo attributa, quae cum infinita perfectione non  
consistunt: at vero aliud est Dei existentiam negare, aliud de eius  
natura parum decentem sentire; dari istud potest ignorantiae illo-  
rum temporum; alii in philosophicis suis operibus raro, aut num-  
quam de Deo mentionem fecerunt; alii denique ea principia sta-  
biliverunt, ex quibus, ipsi fortasse non advertentibus, prona es-  
set ad hanc impletatam conclusio. Has ob rationes Clemens Ale-  
xandrinus Protagoram plane, et Euthemerum ab atheismi suspi-  
cione absolvit. De Sinensis ex historia P. du Halde longe alia  
dicidit; id ait, inter plebem, et literatos discrimin interesse  
quod illa superstitionibus supra modum dedita idola, et Pagodes  
colat, praecetque Xekiae, qui innumerabiles Deos induxit reli-  
giouse observet; dum contra litteratus ex doctrina antiquissima, a  
Confucio postmodum confirmata, supremum coelum Dominum ador-  
ant. Ubi igitur illi athei? nisi fortius Baylus eos intelligat, qui Epice-  
reas voluntates sectantur, quales, ut in quavis provincia multi-  
dantur, ita nec in regno Sinensi deount.

Quod ad integras nationes attinet, petuntur exempla ab iis, quae  
omnium maxime barbarae fuerint; an vero, si ita res se haberet, inde  
quidam colligi posset? Ex gentibus illis tam efferauit,  
verba Porphyrii sunt, et inhumani non oportet ab aequis ju-  
dicibus concivit fieri naturae humanae (*De abstinentia, c. 13.*). Fieri utique potest, ut integra quaepiam ratio mores noscet adeo  
depravet, lumenque rationis opprimat, ut pecuniam more vitam solum  
sensitivam vivat, ac voluptatis sensu, suavitate, efficienti-  
bus immensa intelligentiam suam numquam supra se extollat; a  
qua quid, nisi progenies adhuc efferauerit, et stupidiior expectanta  
est? anno autem stupiditas haec sano alterum iudicio magis ad  
veritatem comprobadum valebit; jam autem nominatum testimonia  
de veteribus populis potissimum dubia sunt; autores enim,  
qui similia referunt, utuntur illis loquendi modis, qui dubitationem  
notant, ut fertur fauna, rumor est etc. Praeterea ista fere ace-  
perunt a viatoribus superstitiosi plurimorum Deorum cultu im-  
plicatis, qui si quem populum sine fanis publicis, idolis, et statu  
caeremoniis, quales exempli causa Parthi erant, in aperto campo  
certis diebus Diis suis, teste Herodoto, litantes invenirent, conti-  
nuo atheismi reum egerunt. Porro quae singulatim objicieantur,  
levissima sunt. Testimonium Porphyrii de Thoibus nulla alterius  
scriptoribus auctoritate solebit, quin vel ex eo certam fidem non  
meretur, quod finitimi ejusdem Thraciae populi Dei aliquius cogi-  
tatione destituti haud fuerint; Phlegyes ob improbatum fortasse,  
ex rapto enim videbant toti latrociniis addicti, ab Homero in-  
terior atheos relati sunt; Strabo minime scribit Atlantes atheos esse;  
verum putari solum, idque ea de causa, quod soli tum orienti,  
tum occidenti, velut sibi, agrisque suis noxio maledicerent; cum

autem a Calliacis, ait nullum Deum agnoscere, videtur de publicis  
sacrificiis intelligentibus, cum statim subjungat, Celtiberos ipsi a  
Septentrionis aditos statu Diis suis sacra facere (*De belli Galli, L. 5. c. 16.*) Ciceroni more fortasse oratorio loquenti Julius Cae-  
sar hac in re fide dignior opponi potest. S. Nilus denique alio loco  
eosdem Arabes stellam matutinam adorare, eique hostias offer-  
re scribit. Transeamus ad recentiores; meritorum, et navigan-  
tium narrationibus raro fides adhiberi potest; nam primum ho-  
mines ii et ob linguarum ignorationem, et permodicam ingenii cul-  
turam investigandis gentium moribus apti non erant; quin ne in  
interiora regni, penetrantes ad litus fere mari consederant,  
quaestui unice intenti: hujus generis sunt relationes adductae. D.  
le Lair, Schoutens, ac eorum, qui de insula Jeso scripserunt.  
Deinde poterat quoque haec opinatio oriiri deinde, quod tempora  
publica, et solemnies caeremonias illis in populis non deprenden-  
t, quod argumento non est ipsos Deum ignorasse; immo contra-  
rium manifeste patet ex responsione barbari cuiusdam Canaden-  
sis (*Voy. ag. da Dr. Champlain, L. 3. ch. 5.*); hic enim rogatus,  
eum Deo sacra non faceret, reponit: envis relinqu, ut id intra  
animum suum praesiet. Denique non est de nihilo suspicio; homi-  
nes illos etiam de industria has quandoque fabulas suis relationi-  
bus inspersisse, ut rei novitatis apud curiosiores maiorem libello-  
rum suorum aestimationem concitarent; inde certe factum vide-  
tur, ut toties sibi mutuo adversentur. Ita incolas insulae Cubae, et  
Hispaniolae Anglierus atheismi crimine liberat; P. le Gobien se-  
cum ipse non consentit; dum enim Marianarum insularum incolas  
ignoratione Dei teneri ait, additissim os de immortalitate animae  
firmiter persuasos esse, poenasque et gaudia post mortem expecta-  
re. Caribas, qui Antillas incolunt, duo principia bonum, et malum  
crederet, isdem sacra facere Rochfortius (*Hist. mor. des An-  
till. c. 13. 14.*) referit. Brasil et Deum, quem Tupa vocant, agno-  
scunt, et sacerdotibus habent (*Mangraves de Bras. Reg. c. 9.*). Ca-  
nadienses, Hurones, reliquoque ejus provinciae populos Deo vota  
facere, muneraque offerre a Laflavio (*Mours des Sauvages Amer-  
icains.*) dicuntur. Denique Caffrorum, ac Huttentotorum par-  
tem alteram mahometanismi addictos esse Andreas Kolhi (*Deser. cap. bon. spei. Contin. de peus, divers. c. 15.*) scribit. Ad extremum non inferior extare fortasse nationes adhuc proorsus ignota;  
verum id non obest; nam adhas ab aliis nojis valet analogia, quem-  
admodum simili argumento colligimus, eos homines alimentis  
egere, felicitatis studio teneri, liberos suos diligere. Non igitur  
necessum est, ut ad unam omnes nationes singulatim enumeremus,  
quo communem de Dei existentia concessionem demonstremus, ut  
inscribit Baylius contendit.

1.) Consensionis hujus licet maxime universalis originem ostendit posse putant: contendunt nimisrum opinionem de Numinis existentia  
ortam fuisse vel astutia legislatorum, ac principum, vel ex metu,

vel ex ignorantia caussarum naturalium, ex perversa prolium educatione. Dicamus quaedam de singulis.

- 2.) Legislatoris, ut populos sibi subjectos in officio contineant, confinxissevident Numen aliquod, quod hominum animos inspiet, et occulta quoqua scelerata puniat: confirmant id exemplo celeberrimorum legislatorum, Amasis, et Maevis apud Egyptios, qui a Deo Herma, Zoroastri apud Bactrianos, et Zamolxis apud Getas, qui a Dea Vesta; Zathraustis apud Arimaspos, qui a bono quadam genio: Radamanthi, et Minois apud Cretenses, qui a Jove Creten- si; Triptolemi apud Atheniens, qui a Cerere; Pythagorae, et Zaleuci apud Crotoniates, qui a Minerva; Pythagori apud Lacedaemones, qui ab Apolline; Romuli, qui a Deo Consco. Numae, qui a D. Egeria leges sibi tradidit esse commentari sunt (*Dict. histor. et crit. ar. Critius. Leviath. c. 12.*). Verus haec est argutatio, et jam olim a *Critia philosopho* simul, et trinitate tyrannorum uno aliquo Atheniensibus proposita, ut habet Baylus; recentius ab Hobbesio recocita, cuius haec est impia vox: *Metus potentiarum invisibilium, sive fictae illae sint, sive ab historis acceptae publice, religio est: si publice acceptae non sint, supersticio.*
- 3.) Imprimis ex his factis aliud non colligitur, quam religionem esse accommodatissimum societas humanae vinculum, pravaramque affectionum frenum; certe nolus enumeratis opinionem de Dei existentia excogitavit, aut prima religionis fundamenta jecit; sed eam iam extantem institutis illis legibus, sacrificiis, et externis ritibus in ordinem rediget. Est opinio haec, omnibus rebus publicis humanis antiquior, ipsaque ex parte effecta, ut homines in societates coirent. Deinde si legislatores hanc fabulum confinxissent, qui factum est, ut omnibus in toto orbe aquilae in mentem venirent; ut cum aequali ubique successu propagaretur? sane religio a legislatoribus confita gravissimum onus foret hominibus impositum. Putamus tamen molestio medio populos ad subjectionem compelli posse? nonne qui alii quodquam persuadere cipiunt, praesertim si dolos meditentur, naturales ante eorum affectiones sollicitate explorant, itisque cognitis in rem suam auuntur? Istud sane egerunt legislatores illi; cum videnter plebem, aliunde in superstitionem propinquissimam, Deorum, quos ipsa ante venerabatur, auctoritate leges suas constabiliter adlaborarent. Denique cur haec imperantium fraus a sapientiori aliquo quales in subditis etiam persaepe reperiuntur, detecta nonquam fuit? apposite *Lactantius (Deira Deic. 10.): quod si fallendi nostri, atque adeo totius generis humani causa commenti sunt religiones, — quae tanta felicitas mentiendi, ut non tantummodo indoctos, sed Platonem quoque, ac Socratem fallerent, et Pythagoram, Zenonem, Aristotelem, maximarum sectarum principes deluderent?*
- 2.) Metum ajunt saepe efficeri, ut homines sibi fingant, quae misquam sunt: inde fortasse faciem est, ut homines, cum incertam rerum

humanum conditionem, calamites publicas, devastations urbium, incendia, lumen, aliqua similia timerent, sibi Numen aliquod summum, potentissimum, ac simul in genio humanum benignissimum confignerent, cui pro avertendis hisce malis sacra facerent. Fuit haec vetustissimi poetarum opinio, qui ita cecinit: *Primus in orbe Deos fecit timor, ardua caelo fulmina cum caderent: recitata a Lucretio (De nat. rer. l. 6. v. 40. etc.), subindeque a Spinoza (Praef. ad tract. theol. polit.) exornata.*

R. Ea istud facilitate negatur, qua asseritur, neque a posse ad esse valet conclusio, in quod vitium hic adversarii perpetuo labetur. Quamquam nec potuit tam universalis opinio ex vano duntaxatmetu oriui, non enim aliqui solum ex vili, et rudi plebecula, sed viri etiam sapientissimi, ac ii, qui ceteroquin ceducas hujus mundi res, ac peritura bona magno animo contemnerunt, eam amplexi sunt, et ita amplexi sunt, ut maluerint omnibus vita, commodis expoliari, quare ab ea decedere. At demus hanc sententiam timori ortum debere, quero, an id omnibus prorsus, an solum aliquibus acciderit? si primum: ea vera est, nam, cum metus omnibus communis in ipsa natura omnisbus communis fundari debeat, etiam dictum istud ex sensu naturae communis proficiscitur. Si alterum: quomodo pauci meticulosi alii magna animi fortitudine praediti in han fabulam persuaderent potuerint? quomodo commentum hac ratione natum per totum orbem diffundi, et constantissime ab omnibus teneri potuit? et si hoc: rursus queremus, quo tempore, in qua natione?

3.) Homines, inquit, natura propensi sunt ad investigandas eventus naturalium causas, dumque eas non reperiunt, facile ignorantiam quamplam, ac sensibus non percipiendam communisuntur. Hinc cum homines terrae motus, tonitrua, fulmina, eclipses solis, et lunae, aliaque terrena aeris phaenomena observarent, nec tamen naturales horum causas deprehenderent, confixerunt ens quoddam potentissimum, quod mortales ob neglectum sui cultum hinc poenis affligeret, atque ideo, preces, ac sacrificia ad placandam illius iram instituerunt.

R. Valeat haec primum, quod supra diximus: tum si homines per casuarum investigationem ad supremi Numinis agitionem pervenerunt, incesserunt via recta, ac cum ratione maxime congrua: idem enim est, seu quis ex contemplatione elegantissime totius universi conformatio[n]is, seu ex terricis aeris phaenomenis, seu ex ipsa causarum indagatione Auctorem supremum agnoscat. Ceterum opinionem hanc commentum ex sola ignorantia caussarum naturalium enatum non esse vel inde patet, quod etiam rerum physicarum peritissimi eamdem teantur. Verissimum potius est illud Verulamii effatum (*De anim. scien. l. 1. p. 10.): philosophus obiter libata a Deo abducti, penitus hausta reducit ad eundem.*

4.) In educationis, et infantiae praecordiis habendam esse opinionem de Dei existentia quidam contendunt.

*Storchenau Metaph. Lib. IV.*

**R.** Nullus prorsus praecipuus character adest, sed contraria potius omnia obtinent. Praejudicia in multis nationibus, minus in toto orbe eadem numquam inventur; diuturnitate temporis non magis robur acipiunt, a sapientioribus persaepe agnoscuntur, et agnita corrigitur. Deinde quomodo omnes totius mundi parentes in hoc convernerunt, cum ceteroquin ratio educandi proles in diversis nationibus omnino diversissima sit? unde item ipsi parentes Dei idea hauserunt? Certe, qui huc recurrat, in scopulum sibi maxime infestum impingit; cogitare enim redire ad primum parentem, qui vel a natura sua rationali, vel a Deo ipso haec cognitionem obtinuerit.

ABUSQUE DEO Nihil ESSET BONUM AUT MALUM -- NEC ULLA SOCIETAS HOMINUM PERSISTERE POSSSET.

**XVIII.** Si nullus Deus existaret, nihil esset in actionibus humanis bonum, aut malum, honestum, aut dishonestum, justum, aut injustum. Omnis actuum humanorum vera bonitas, aut malitia, honestas, aut dishonestas, iustitia, aut injustitia pendet ab eorumdem convenientia causa lege naturali, quod in philosophia moralis demonstratur; sublatio autem Deo, utpote legislatore, tollitur quoque lex ipsa, nullaque vitae regula praeter suam cuiusvis libidinem relinquitur: igitur si nullus Deus existaret, nihil esset in actionibus humanis bonum, aut malum, honestum, aut dishonestum, justum, aut injustum. **Coroll.** Igitor si nullus reapse Deus existaret, omnes actiones forent aequaliter indiferentes, idemque in se esset parentem occidere, et eum ex latronum manibus eripere: quo quid magis cum ratione pugnat?

**Schol.** Nec juvat dicere, inesse in ipsis rebus ante omnem legem bonitatem aut malitiam, quam philosophi morales fundamentalem vocant; nam Deo non existente ipsum quoque hoc disserim cesseret: ea quippe bonitas, aut malitia fundamentalis non consistit, nisi in interna, et essentiali vel convenientia, vel repugnancia veron, et actionum cum fine hominis ultimo, qui infinitarum Dei perfectionum manifestatio, atque ipsius per cognitionem, et anorem possessio est, quique adeo in absurda hac hypothesi periret. Veritatem hujus enunciati agnoverunt omnes li, qui unquam atheismum vel aperte professi, vel ejus iure accusati fuerunt, ut Protagoras, Heraclitus, Hobbesius, Spinoza; eorum enim doctrina erau, jure in maiore potentia; obligationem contra in imbecillitate sitam; vanum ac inane esse virtutis nomen; sedem perfidiae, clementiam crudelitati nequaque praecellere.

**XIX.** Absque Dei existentis opinione nulla hominum societas diu tranquilla persistere potest. In aperto est nulla hominum societas diu tranquillam persistere posse sine ea legum a principiis latarum auctoritate, ut subdit secundum rationem judicent se non solum publice, verum etiam privatim: non modo in foro, ut iunctus ex erno, sed etiam in interno obstringi; atqui haec legum auctoritas

### De Existencia Dei Moraliter demonstrata. 279

eum opinione de Numinis existentia ita connectitur, ut ea sublata et ipsa tollatur: ergo absque Dei existentis opinione nulla hominum societas diu tranquilla persistere potest. Sapienter Plutarchus (*Contra Colot. Epicur. p. 1125.*): *facilius urbem conditam sine solo posse puto, quam opinione de Diis penitus sublata civitatem coire, aut consare.*

**Coroll.** Republica igitur atheorum, quam Baylius (*Pens. div. sur la Com. §. 161. suiv.*) aedificavit, ad dixerit referri debet,

**Schol.** 1. Ut nempe sublato Deo, aut de ejus existentia opinione lex naturae, internumque actuum humanorum discrimen tolleretur (*§. praeo.*): ita hac in hypothesi omnis legum civilium auctoriaris in sola cogendi potestate, in virum magnitudine, non in iure ullo consideretur: omnis enim legum ab imperantibus latarum efficacitas ultimo in e naturea lege fundatur, qua jubemur eorum voluntatis parere, quare quamprimum haec suscurretur, et illae corruntur. Non rursum ipsis Principiis, idque se nosse tum praecipuū commonstrant, cum a testibus in causis judicariis; a milibus recens conscripsit; ab ilis, quos munis publicis ornant; ab omnibus denique, cum thronum condescendi, iusjurandum postulant; cui, queso, istud usui foret in absurdâ Baylli hypothesi? Certe ex iis, que supra objecta fuerunt, manifeste colligitur, legislatorum sapientissimos in cultu divino primem status publici fundamentum sicut esse semper putasse: Audi Tullium (*De leg. t. 2. c. 7.*): *Sit igitur jam hoc a principio persuasum ciuibus, dominos esse omnium rerum, ac moderatores Deos: enque, quae gerantur, eorum geritacione, ac numine, eodemque optime de genere hominum mereri: et qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat, religiones, intueri, piorumque et impiorum habere rationem. His enim imbuitae mentes haud sane abhorrebunt ab utili, et vera sententia. Sed jam Baylli argumentationibus respondendum.*

### RESPONDETOR BAYLIO.

**Schol.** 2. Athei, ait, eadem, qua alii, ratione pollent (*Ibid. §. 178.*): ejus igitur adminiculis possunt internum rerum discrimen agnoscere; justum ab injusto discernere, virtutem exercere, submissionem ac obedientiam principibus, mutuas charitatis officia civiliter habere, his autem positis; quis eorum rempublicam cons<sup>i</sup> aliquam se neget?

**R.** 1. Demus haec ita esse; anne etiam ad sectandam, et vel ideo eam se obligatione adstrictos censemur? minime. *ante meum potenter non exercebunt, nec flagitii abstinebunt.* *Et efficax esse potest, tioris coerciti; sed quae vis, quae posse sane justi, ac injusti, cum integra societas perversa est ad tempore permanere possunt virtutis, et vitiis notiones aliquęc opinantibus committi vitam in iis atheis, qui cum aliungibus ad omnem honestatem inungunt, aut qui, cum a ter-*

stituti essent, ad impietatem postea defectum; at in atheorum republicis, in his, qui ab ipsa infantia hac peste infecti sunt, in vulgo aliquo omne licentiam projecto non possunt. Perversi autem honesti, ac dishonesti, notionibus necessarium consecutarum est, ut omne ius in potentia, obligatio in imbecillitate constituator: quo admissio necesse est, ut quaecumque hominum societas brevissimum intra tempus corrut. Universim itaque Baylius in eo errat, quod ea, quae sunt, aut fieri possunt ab atheis inter illos, qui supremum Numen colunt, versantur, ac atheismus potius affectans, transferat ad integrum solorum atheorum collectionem; illi siquidem alii adhuc motibus impulsi actiones suas ad principia a se constituta non conformant, quae tamen motiva in altero caso prorsus deessent, ut mox ostendam.

2.) Etiam in atheorum animis laudis (§§. 177.), gloriae appetitioni inesse contendit, eaque ipsis satis efficaciter ad mutua charitatis officia, ad praestandam magistratus obedientiam impelli posse putat.

R. Hoc motivorum genus satis efficax esse ad sectandam virtutem per se esse arduam, ad cohibendas hominum cupiditates, quibus in sua commoda ferri solent, vehementer nego; et si sit etiam comparata ad unum, vel alterum, apud vulgus certe, quod maximam reipublicae partem constituit, nullam vim obtinebit. Quid quod ipse hic gloriae appetitus non tam ad virtutem, quam ad conquirendas qua denum cumque ratione divitias, ad comparandam potentiam ipsis extimularet? nam sic fere res constituta sunt, ut quo quis ditor, aut potentior est, eo magis ab imperita plebe adoretur. Potentia nimurum, et opes apertissima sunt exemplarum cupiditatum subsidia, tumque vel maxime, quando rectae virtutum vitorumque ideae ex animis exulant. Deinde anno accessit, ad quem sola gloriae, honoris cupido hominem impellit, virtutis nomine dignus? an non potius turpis simulationis, foedus hypocrisis nomen moribitur? praeclera enimvero in cives charitas, in magistratus observantia, quae tum exhibetur, cum inde bohor operatur, sublata hac spe non exhibetur. Illud vero, quod ex Lucretio adjungit, quam perire est, fore, ut gloriae cupidus occulta quoque flagitia evitet timore ductus, ne ipse vel somnians, vel vehementiore aegritudinis aestu breptus eadem manifestet.

S. Inines, inquit, vulgo non vivunt secundum cognitiones suas (§. 178.). Et principia theoretica: idque multorum, ac praeceps stricta exemplio declarat, qui licet omnia facta ineluctabiliter contarunt. Ex parte, elegantissimam tamen morum praecepta suppeditissime credo, quoque docet, multis, qui coelum, ac infernum. Inde concludit: post illo minus frequentissime sceleram admittere, virtus abstineri, et ut neglet contra athei, et si nihil credant, a virtutis cultum, ita nulla esit in religione vis ad promovendum. R. Raro quidem homines suas cogitationes ad eum immundendum, et principia philosophica

in actionibus suis sequuntur, cum ea veritatisbus in sensu naturas communi fundatis opponatur; natura quippe difficilime exulit, et sensus illi etiam invitum identidem credit; quod certum veritatis indicium est (§. 171. sch. char. 4. log.). Atque istud Stoicis contingit, illis mirurum, qui vere libertatem sustulerunt; quales tandem admodum pauci fuerunt (Psych. §. 125. sch.). Ad illa quoque principia, quae cum pravis affectionibus pugnant, homines saepè actiones suas non conformant, suavitate enim praesentis voluptatis affecti contra rationis dictamen agunt, cumque meliora videantur, deteriora sequuntur. Vide, quae in logica (§. 231. sch. 2.n.2.) discriminare veritatem theoreticarum, et practicarum dicta sunt. Inde mirum non est, homines religioni addictos non tamen semper secundum eum principia agere, ac voluptatibus iretios, contento coelo ac inferno peccare; at mirandum maxime, et stupendum fore, si atheistus, qui a suis ipse principiis ad sectandas corporis voluptates, ad opes et honores per fas, et nefas quaerendos incitat, qui nihil a corporis interiori superesse arbitratur, ab illis in actionibus suis quotidiani defecteret. Nonne homines potissimum affectionibus suis, et allorum exemplis se regi sintur? quid igitur cum atheo in sui similium grege constitutus sit? non sequetur theoretica, quibus imbutus est, principia? at illa frenum quibusvis cupiditatibus laxandum, conquiri bona terrena, amplectendas turpissimas voluptates; vitam pecudum, quas ab hominibus vir differe statunt, more agendum doct: retinebit aliorum exemplis? quin potius ab iis ad omne flagitorum genus impelleatur. Sed retrorqueamus telum. Si appetitiones humanae tantas sunt efficiatissimae, si voluptates praesentes tam vehementer animum aliquicunt, et ut quoque saepè abripiant, qui gravissimas, aternasque poenas timent, quale dominum in atheorum animis omnifuturon spe, aut metu vacuis exercubunt? Denique quid ad virtutem promovendam religionem inter, ac atheismus intersit, expendamus; illa tota est in commendanda virtutis pulchritudine, in depingenda vitiis foeditate, in proponendis gravissimis incitamentis, quea tum a summa Dei colendi dignitate, tum a tranquillitate, et cruciata conscientiae, tum a praemissis, ac poenis post mortem expectantibus petuntur; et nulla sit in ea vis ad promovendum virtutis exercitum? Jam dudum Tacitus de velutis Germanis scriptum reliquit, eos prae reliquis nationibus in bello animosiores fuisse, quod immortalitatem animae crederint. Quid jam contra atheismus? nonne ideas honesti, ac dishonesti pervertiri? sublata immortalitatis spe euudem hominum, ac jumentorum interiorum esse docet? Justum oculorum quoque scelerum vindicem e medio tollit; omne virtutis premium in bonis praesentibus constituit, et reliqua, quae tute facile erues (De immort. anim. c. 2. pag. 33.). Anne vero doctrina ista ex natura sua latissimam omnibus flagitiis portam non aperit? Desinat igitur Cardanus atheorum virgutes in coelum tollere, quod sine commodi spe, sine mercede in-

tuūtū exerceantur: nulla potest athei esse virtus, nulla honestas, si quid boni praesterit, id alii quibusdam motivis, quae virtutem hanc constituant, tribendum erit.

1.) Deum ad exempla provocat (§. 174.), adducitque tum veterum, tum recentiorum temporum atheos, Diagoram, Theodorum, Epicurum, Lucilium Vanini, Spinozam, quorum vitae probitatem, comitatem in omnes, obedientiam erga principes multis dilaudat. Inde porro concludit elucere ex his exemplis atheismi doctrinam in mores nequamquam influere.

2.) Responsu jam alias occupavimus (Psych. §. 262. sch. 1. n. 6.). Vera nimur ista esse possunt de atheis, qui in hominum religio- ni addictorum societate vivunt, hi enim multis aliis motivis ad externam, et simulata morum honestatem impelli possunt: persi- stentibus quippe in illis sanis de virtute, ac vito notionibus timent vilipendi, ac odio haberi; cupiunt ab "monera publica promoveri, qua spe certo se frustrandos sciunt, si ad doctrinam mores suos compoenter; nec denique etiam interior conscientiae vox prorsus confloescit. At in communitia atheorum republica haec, et similia motiva penitus tollerentur; in nullo enim forent rectae de honestate, ac in honestate ideae, impia doctrina teneris jam animis instillata firmissimas radices figeret, tamque alte imprimetur, ut tandem totam rationalem naturam perverteret, internosque conscientias proditus stimulos plane hebetaret. His accederent prava aliorum, etiam quorum major in animos est auto- ritas, exempla; distortae affectiones, immoderate ditescendi, et domi- nandi libido, et quae ejus modi sunt, naturae corruptae monstra. Neque a sectarum capitibus ad sequaces argumentum valere ibi- dem quoque lucenter ostendi; respuit enim hi, quibus illi aguntur, motiva, nec jam amplius doctrinæ famam conciliare student, quam ipsius principes avidissime appetebant (*De rit. beat. c. 12.*). Non ab Epicuro impulsit, ait Seneca de Epicureis, luxuriantur; sed viatis dedit luxuriam suam in philosophias sinus ab- scandunt, et eo concurrunt, ubi audiunt laudari voluptatem. Quamquam nec ea probitas, quam Baylius tantopere extollit, in eorum moribus eluxit (*Extrait. de la vie de Vanini.*); certe Luciliu Vanini vitam omnibus sceleribus inquinatam duxisse, atque nihil minus, quam fortè animum in accipienda mortis sententia exhibuisse Gramondus scribit.

## DEUS EXISTIT.

XX. Deus existit. Imprimis enim de hac Dei existentia sensus na- turae communis extat (§. 17.); deinde in contraria hypothesi nec quidquam in rebus humanis bonum, aut malum, honestum, aut inhonestum, justum, aut injustum foret (18.), nec ulla res publica, aut hominum societas diu tranquilla consistere posset (§. præsc.). atque sensus naturae communis non fallit (§. 17. log.), et duo reliqua tam cum ratione, quam cum ideis, secundum quas et philosophari, et a- ctiones nostras moderari debemus, pugnant; igitur Deus existit.

Caroll. Potest itaque et moralibus argumentis existentia Dei invicte demonstrari.

Schol. Diversi proinde modi eadem veritas manifesta fit; quare nullum omnino excusationem adferre possunt, qui aut ratione has perpendere negligunt, aut per pensis non intellectu modo, sed et tota voluntate non assentinentur. Perspecto argumentorum pondere quae, si non absolutam certitudinem, ut quidem omnes sane mentis opinantur, summam saltem, quae cogitari potest, probabilitatem conficiunt, nonnulli ad hominem ita argunt: si Deus existat, ut tamen illum inscriberi, debitumque ei cultum subrhas, gravissimam certe poenam expectandam habes; si Deus non ex- stat, ut tamen falso persuasis eum velut existentem colas, nihil umquam inde detrimenti capies: at Deum existere saltem verisimilium est; vide itaque quae in gravissimo hoc negotio partem amplectendam ratio sit adat. Profecto mirari satis nequeo, qui fiat ut qui in aliis rebus quavis certitudine contenti sunt, huic veritati adeo perspicue vietas dare manus abundant; cum tamen ea ejusmodi sit, ut si non certa esset, certam esse summe optandum foret. Quid enim an non multo opificibus est sub suavi potissimum, simulque optimi gubernatoris regimine vitam agere, quam durissimo iugo fa- talis cuiusdam necessitatibus, fortunae, aut causis subjici? Perperam sane contendunt nonnulli, nihil cogitationem de Numinis existentia ad solidam animi tranquilitatem conferre (*De la Mettrie l'homme machine* p. 62.); in utraque hypothesi parens animis quietem adfuturam. Quae enim vero animi quies eum nulla naturale beatitudinis desiderium explendi spes affligit (*Tenebre philos.*); cum morbis, inopia, aliisque gravissimis calamitatibus sine praemii ex- pectatione confundit est; cum bona praesentia quantumvis ac- cumulata cupiditates nostras non satiant; sed irritant; cum tristes rerum vicissitudines eas, et fortuito evidentes perpetuo metuenda sunt; cum denum omnia vita hujus commoda absque melioris fiducia deserenda sciuntur? Contraria omnia illi experientur qui in suavi providentia benigissimi Numinis simi conquiescent.

## SECTIO II.

## DE ATTRIBUTIS DEI

## QUID, ET QUOTUPLEX DEI ATTRIBUTUM?

XXI. Atributa Dei sunt omnes eae proprietates, quae Deo con- veniunt, queaque ex necessitate ad existendum, utpote ejus essentia metaphysica (§. 5.), pramanant. Horum alia dico *negativa*, quae cum negatione aliquis imperfectionis concipiuntur, sive per quae a Deo imperfectionem removentur; alia *positiva*, quae sine ullam negatione cogitantur, aut per quae Deo perfectionem quampli tribuumus. Schol. 1. In se quidem, et revera omnia Dei attributa positiva sunt; quae enim ex positiva, eaque illimitata essentia profundunt, non